

Endorsement II.:

lñes de m^r Cecile de 7^e d'ottobre come par [un]
billet qui y fut enfermé [est] apparent. Rsp. le
25^{me} d'ottobre 1602

54, f. 393.

15; *Legal questions as to the force of the Papal Brief of October 1602.*

Qualis publicatio istius brevis requiritur vt obliget in conscientia,
aut in foro exteriori?

Vtrum ex eo quod quis legerit vel lectum audiverit originales aut
copiam authenticam obligetur?

Vtrum declaretur Archipresbiter excessisse suas facultates in
condendis decretis, v^l solum prohibetur ne condat in posterum?

Vtrum illa particula prætensi idem sonat quod falsi et iniusti?

Qui libri dicendi sint criminosi, iniuriosi, et calumniosi aut
qui sunt illi libri aut literæ quæ excitare possint in posterum
dissidia?

Vtrum prohibemur servare processum huius negotij, aut eum
impostorum typis mandare aut socijs communicare aut apud amicos
deponere?

54, f. 394.

Replies to the foregoing questions by Mons. Seraphin.

Ad p^m. Si publicatio non potest fieri per affixionem ecclesijs
Catholicorum poterit fieri per eos qui habent curam administran-
dorum sacramentorum in conuentibus et congregationibus eorum, in
presentia eorum quorum curam gerunt animarum. Et etiam pub-
licatio fieri poterit in regnis vicinioribus Catholicorum in locis
propinquioribus et vicinioribus ecclesijs.

Ad 2^m. Ex lectura originalis et copiæ authenticæ obligantur qui
legerint ad obseruationem, cum habita eius notitia non possint
excusarj apud Deum.

Ad 3^m. Non legitur expresse declaratio Archipresbiterum ex-

cessisse suas facultates cum nullum factum narret ex quo talis excessus colligi potest, sed tacite uidentur reuocatae sententiæ si quæ sint per quas Archipresbiter declarauerit presbiteros, pretextu schismatis, rebellionis et inobedientiæ, facultates ipsis concessas a sede Ap'lica et superioribus amisisse, nam Papa declarat eos has facultates nunquam amisisse. Et hac declaratione papæ tolluntur omnia si quæ fuerunt facta contra presbiteros prætextu inobedientiæ etc. et tollitur ei facultas in posterum.

Ad 4^m. Illa particula prætensi arguit summum Pontificem non habere pro uero prætextum illum Archipresbiteri declarantis presbiteros schismaticos, rebelles et inobedientes; quin imo clare uidetur approbasse appellationem per eos interpositam ad s. sedem.

Ad 5^m. De hac re non potest dari certum responsum, cum pendeat a lectione librorum; ideo diligenter cauendum est a tali scriptione quæ possit noua parere dissidia aut uetera renouare, et satis consulto remedio huic malo obuiam itum uidetur, ex q^o huiusmodi libri in publicum edi non possunt nisi prius obtenta protectoris licentia.

Ad sextum. Ex publicatione processus huius negocij nihil boni consequi possunt presbiteri, et omnem occasionem contentionum amputare debent, silentio et oblivioni præterita tradentes: et hoc cadet sub prohibitione proxime deducta, quamuis uerbo tenus non prohibeantur exponere suis symmisticis quæ in Curia gesta sunt.

Endorsed (apparently by the same hand in which similar notes are made in the copy of the "Brevis relatio"):

*Aduis de Monsieur Seraphin sur les doubtes proposés
sur le bref du pape*

16. *Draft of Rules for an Union among the Secular Priests after the return of the Appellants from Rome.* 54, f. 229.

Cum nihil magis quam pacis et fraternitatis mutuae inter Catholicos stabilitatem fideique Catholicæ propagationem desideremus, idque a S^{mo} D. N. Cle: 8^o in mandatis habuimus, tam